



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

41 [i. e. 14]. Triplex bonum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 14.

Triplex bonum.

Honestum, utile, delectabile.

Quem tangit virtutis honos, rectique cupido,
Utilitatis habet, lætitiæque fatis.

Utile nec mundum, nec delectabile carnem

Exfariat, recti pax ab amore venit.

Est Trias utilitas satians, est vera voluptas;

Ad quam virtutis semita sternit iter.

SYMBOLUM 15.

Tres corporum dimensiones,

Longitudo, latitudo, spissitudo; seu, linea, superficies, corpus.

Linea quid signat? Triadem notat esse perennem,
Quis neget hanc longam? fine modoque caret.

Inde superficies spatij extensa per amplis,

Quàm latè Triadis regna beata patent?

Corpus at immensæ Triadis portendit abyssum,

Absque ullo est fundo, tota profunda Trias.

Unde Job cap. 11. Excelsior calo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? longior terra mensura ejus & latior mari. Empedocles rogatus quid Deus esset, respondit: est circulus, cujus centrum est ubique, circumferentia nusquam.

SYMBOLUM 16.

Triplex machina mundi.

Aspicis ut medio libretur in aëre tellus,
Ac immota sui jussa Parentis agit.

(a) Utque sui cælum peragit mandata Tonantis,

Quod rapido, præceps spiritus, orbe rotat.

Æquor